

F. S. Finžgar:

T R I G L A V

Triglav! Ut celerantque volantque dies properanter,  
Ut nobis rapide fugit irremeabile tempus,  
Plagas quod sanat populi spargitque recentes,  
Nemo mane novo iam scit, quid vespere fiat!

Triglav! Infligit tibimet quoque vulnera tempus;  
Insculpit tibi iam sulcos in fronte profundos,  
Supra quos saltant gelida cum nive procellae;  
Rupes praecipites feriuntur grandine dira.

Triglav! Attamen haud metuis tu tempestates;  
Nempe placent tibi cum plagae tum fulmina saeva.  
Elatum nobis memoras vim turbinum iniquam:  
„Me frustra tristes illidunt ecce procellae!“

Triglav! Sicut tu, talis gens te prope vivit:  
Et dolor atque iniustitiae sulcant faciem eius  
Duram; saepius ei spinas fortuna maligna,  
Sed raro flores in vitam spargere solet.

Ast tolerat gens sublimis fortisque dolores  
Atque mali calices constanter gustat amarus,  
Omnibus in damnis animo non deficit unquam,  
Cum bene noverit in mundo finire omne.

Hoc mihi de populo chordae cantent resonanter,  
De populo, cui cor mite est, natura benigna,  
Sed faciem rigidam monstrat duramque severe:  
Triglav mons, facies et cor sunt quam tuum utrumque.

*Ljubljana.*

*Vertit: S. Kopriva.*